crato nel sacrificio della divina laude, con far mille stroncamenti, et che vada ogni cosa a modo di cacia, segno et principio di qualche flagello per esser quello che con ogni istantia su divina Maestà solo ricerca da noi ps. 49: Numquid manducabo carnes taurorum etc. Immola Deo sacrificium laudis etc et conchiude: Sacrificium laudis honorificabit me et illic iter quo ostendam illi salutare Dei.[1]

Beatissime Padre.
Per
Don Fernando de la ynfantas.

Brief des P. Leonardus Lessius S. J. an Papst Paul V.

Mitgeteilt von P. L. Lemmens.

In einer Briefsammlung des Vatikanischen Archives (Lettere di Vescovi, Bd. 19. N. 288) findet sich ein Brief, den Lessius am 25. Aug. 1611 an Papst Paul V. geschrieben hat. Da derselbe kaum weiter bekannt sein dürfte und in verschiedener Hinsicht von Interesse ist, möge er hier zur Mitteilung kommen. Es handelt sich darin um die berühmte Controverse der Thomisten und Molinisten zur Gnadenlehre, deren Beginn an Lessius' Lehrthätigkeit zu Löwen i. J. 1586 anknüpft, namentlich um einen Gegensatz zwischen Lessius und Suarez.

Beatissime Pater! Intellexi quorundam literis doctrinam meam, quam opusculo de Praedestinatione et Reprobatione expressi, apud Sanctitatem Vestram esse traductam tanquam minus consentaneam scripturis et sanctorum patrum sententiis; et idcirco me jussum a P. Generali tractatum meum recognoscere. Supplico Sanctitati Vestrae, ut judicium professorum collegii Romani et Praefecti studiorum P. Nicolai Godigni, qui eam diligentissime excusserunt, inquirat. Hi jubeantur Sanctitati Vestrae sincere aperire, quid de doctrina mea sentiant, et quid sit quod quibusdam minus probetur.

Scio P. Fransciscum Suarem cum nonnullis aliis contrarium sequi. Sed ego de industria Suaris sententiam (presso tamen authoris nomine) refutandam existimavi, quod judicarem eam non solum a veritate alienam; sed etiam haereticis confutandis et fidelium conscientiis pacandis, ut mitissime loquar, minus commodam. Fuit hoc opusculum in omnibus fere provinciis magna approbatione a viris doctis exceptum.

Illi adstipulantur non solum veteres Scholastici plerique, sed etiam clarissimi scriptores hujus aetatis, Turrianus, Maldonatus, Molina, Gabriel Vasquez, Gregorius a Valentia, Hieronymus Osorius, Thomas Stapletonus, Joannes a Bononia, Jacobus Gretserus, Martinus Becanus et alii plurimi,

---

[1] (fol. 399)

qui hodie fidem catholican et sedis apostolicae dignitatem adversus haereticos tuentur. Possum adferre plus quam viginti doctores et s. Theologiae in variis provinciis professores, qui hanc sententiam non solum sacrae Scripturae sanctisque Patribus magis conformem, sed etiam doctrinae et sensui S. Augustini magis consonam judicant.

Tradidi eam Lovanii annos abhinc vigintiquinque magno multorum solatio et approbatione; et paulo post perstricta fuit acri Censura per Theologos Lovanienses et Duacenses. Verum controversia ad judicium Sedis apostolicae anno tertio Sixti V. fel. record. a nobis relata, authoritate ejusdem sedis censura mox fuit abolita, et nobis copia nostrae doctrinae concessa, poena excommunicationis in eos, qui eam damnare auserint, proposita.[1] Ab eo tempore haec sententia his locis viguit, et quotannis defensa est magna approbatione, thesibus impressis; neque hic tantum, sed etiam per Germaniam et Galliam in plerisque universitatibus, saepius etiam in Italia et Hyspania. Itaque metuendum non est, ne quis error hic subsit.

Quod ad recognitionem attinet, ea minime erat necessaria, nisi forte ut quaedam propter minus intelligentes magis explicarentur et confirmarentur. Haec putavi Sanctitati vestrae, supremo omnium fidei controversiarum judici, humiliter insinuanda, ne existimet devotissimum suae dignitatis servum in faece alicujus doctrinae vel sententiae minus sanae inhaerere. Divina Bonitas Sanctitatem Vestram in plurimos annos Ecclesiae suae incolumem et florentem praestet, cujus benedictionem ad sacros pedes voto animoque prostratus humillime flagito.

Leonardus Lessius,
Sanctitatis Vestrae devotissimus servus.
Lovanii 25. Augusti 1611.

Dogmengeschichtliches zum Feste der Immaculata Conceptio B. M. V.

Auf Seite 95 des laufenden Jahrganges der Römischen Quartalschrift wurde Urbans VIII. Breve vom 29. März 1624 von Kaiser Ferdinand II. mitgeteilt, worin der Papst es nicht als zeitgemäss erklärte, zu verkünden, dass die Gottesmutter ohne Erbsünde empfangen sei. Wir glauben nicht fehlzugehen, wenn wir damit die Nachricht in Zusammenhang bringen, auf die wir in der Histoire des Papes depuis S. Pierre jusq' a Benoit XIII. inclusivement. Tome cinquième. A la Haye. Chez Henri Scheurleer MDCCXXXIV p. 252 gestossen sind und welche besagt: (Urbain VIII.) disoit, qu' il ne croioit pas la conception immaculée comme Pape, mais qu' il la croioit co῀me Maffée Barberin. Schnitzer.

---

[1] Näheres darüber bei Ehses, Nuntiaturber. aus Deutschland. Kölner Nuntiatur Bd. 2. Siehe Einleitung S. XXVIII ff.